

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 14.

74.

Cod. XIII, n. 1.

Cod. XIII.

Chartae. Fol. 52. 14.

Pura in hoc codice, non ab una manu scripta  
continentur.

I.

Calendarium 6  
mens. Populi Rom.

fol. 1-9

(a) Fastor. l. 7. v. 125.

Calendarium Sex mensium, cum festis diebus populi  
Romani. Invenitur etiam in editionibus Ovidii Nasonis  
Studio B. Crispinij, Amstel. 1702. 8. Tom. 3. p. 3. et  
P. Bourmani, Amstel. 1727. 4. Tom. 1. p. 1. Sed scriptor  
codicis nostri plerumque addidit Commentarium, vel  
ea Libris Fastorum Ovidii, vel aliunde prosaicum.  
Sic prima die Januarii Commentatur in hunc modum:  
"Est festum Jani, a quo mensis Januarius dicitur. Sic  
enim ait: Profides foribus cali cum mitibus horis. et  
redit officio Jupiter ipse meo (a) etc. Utinam inter-  
pres noster hunc ducem semper esset sequutus; sed risum  
teneatis amici, undecima / III idibus / Januarii ita deli-  
rat: Pontificale sacrificium Carmentis. In eodem die  
est templum Juturna / Sic, loco Juturna / consecratum.  
Hoc Carmentis ea die Romam venerat, secumque lati-  
nas literas attulerat. Pontificale sacrificium dicitur  
eo quod Pontifex illa die Missam celebrabat. Folio  
nono in calce Calendarii addit. "Quando recessit Ovidius  
a Roma sex libros hujus operis pro nimio dolore  
combussit." ~~Deperit ante scriptum~~ Illud autem opus  
horum scilicet Sex mensium quidam ex amicis suis  
habebat; et ideo non est combustum. Pene si in-  
selligatur de sex libris Fastorum deperditis. Quid  
autem de hoc Calendario censendum sit, docet Heinsius  
in prolati editionibus operum Ovid. Nason. "Calendarium,  
inquit, quod vides, cum in vetustis membranis re-  
perissem, quamvis mendosum foedeque depravatum  
multis partibus, et ab homine hujus argumenti non sa-  
tis perito confectum" etc. In codice 8 prima folia oide-  
pat.

I.  
7. 13.C  
et  
lib  
ge.  
I.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 15.

Cod. XIII. n. 2.

15.

Ottonis Frising.  
et Hadewici cano.  
libri 4 de rebus  
gestis Friderici  
I. Imper.

L. f. 12 - 205v

Ottonis Frisingensis episcopi libri II. et Hadewici  
Appendicis libri II. De rebus gestis Friderici I. Impera.  
toris. Hos libros ea MSS. Caesareis vindob. castigatos  
edidit Muratorius de Scriptor. her. Ital. Tom. 6. p.  
631. et: Facies Codicis nostri haec: Praeedit epistola  
Friderici I. Imper. ad Ottonem Frising. patrum suum,  
in qua huius ingenium et studium laudatur, quodre  
per quinquenium gestum fit, ab ipso Friderico breviter  
exponitur. Hanc excipit tabula capitulorum tam Ottonis  
quam Hadewici, quae quidem in materia, non autem in  
numero cum editione Muratorii conveniunt. Post haec  
sequitur Prologus Ottonis ad Fridericum: "Omnium qui  
ante nos res gestas scripserunt." Denique ipsum opus  
inchoatur: "Cum sub imperatore Hainrico". Ingrederetur  
Codex noster usque ad Ottonis lib. 2. c. 26. verba: "ad con-  
suetudinem priorum virtutum se vertit insignia". vid. Murat.  
p. 728: ubi lacuna est ad finem usque lib. 2i. Eodem  
modo initium Appendicis Hadewici deest; Codex enim noster  
incipit verbis: "Cargitione pecuniae milites", lib. 1. cap.  
20. pag. 738. Caetera omnia cum editione Muratorii con-  
sentanea deprehendi.

Otto Henrici IV. Imper. nepos, filius S. Leopoldi March.  
Aust. et Agnetis, Sororis Henrici V. Imp. Frater Conradus  
III. Imp. et Friderici I. Patruus, ab a. 1138. Frisingen-  
sis episcopus fuit. Pluribus scriptis clarus, obiit non  
1159, uti Baronius ait, sed a. praecedenti 1158. Vid. Mu-  
rat. loc. cit. et Hadewici Append. lib. 2. c. 11. Fabr.  
Bibl. Lat. med. et inf. et. Tom. 3. p. 186.

Hadewicus Frisingensis Ecclesiae Canonicus, Ottonis erat  
amanuensis, et post laudata Ecclesia propositus.  
Continuavit vitam Friderici I. duobus libris; scripsit  
duplex Epitaphium Ottonis Episc. et ante Fridericum  
obisse fertur.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 16.

ib.

Cod. XIII. n. 3.

D. f. 206 - 307

Hermani Ab.  
tächensis Abba.  
tis Chronicon, cum  
continuazione  
Henrici Steronis,  
et fratrum Udal-  
rici et Chunradi  
Welling.

Chronicon Hermani Abbatis Altaichae inferioris, cum  
continuazione Henrici Steronis, ejusdem monasterii mo-  
nachi, et Fratrum Udalrici et Chunradi Welling,  
monachorum ad. SS. Udalrici. et Afram.

Priusquam de Codicis nostri prostantia agam, opera  
pretium erit, quid de hoc Chronico inter Eruditos  
fiam, certumque sit, praeferre. Primus, qui ejus op-  
eris existimavit, Joan. Aventinus fuit, qui instituto  
per Bojariam itinere literario a. Christi 1517. Alta-  
ham inferiorem accessit, et repertis ibidem, nec non  
in Osterhorensi Apsiceterio monumentis, in syllabis auc-  
torum monumentorumque Hermanum praeferit.

Proximus ab Aventino Historiographi nostri meminuit  
Joop. Druschius, qui et ipse in eodem monasterio  
a. 1552 hospes diversatus Abbatum ejus Catalogum  
texuit, ubi ita de nostro: "Hermanus Abbas **XXXVII**

Script. rer. German.

Chronographus Coenobii sui etc. decessit ex hac misera  
vita a. Ch. 1279." Inter editores hujus Chronici (ab  
a. 1266 - 1300.) primus erat Marg. Freherus doctus, et  
Sagax antiquorum monumentorum scrutator; sed Henr.  
ico Steroni adscripsit, decessit elogio, quod in fine op-  
eris Henricus ille Stero, Hermani Capellanus adidit, quod  
Freherus ita accepit, ac si integri Chronici auctorem  
se ferret Stero, et falsus ipse mox et Henr. Canisium  
in eundem induxit errorem, hic Jac. Badnagium  
et Vossium, et Vossius, quotquot eum exscripserunt,  
Lexicographos.

antiquar. lect.

Post Freherum alter Hermanum recusum dedit Henr.  
Canisius, qui beneficio Marci Valseni Codicem natus  
ad Udalticiana Augusta Hermani Annales multis parti-  
bus acutiores, (ab a. 1152 - 1300.) sed et ipse sub  
Henr. Steronis nomine edidit. Struvius Freheriana  
Scriptorum Collectionis restaurator eruditus tandem, quod  
res erat, conjecturam ex parte saltem affectus est.  
Nam in praefatione ad Steronem (a) Chronicon Au-  
gustense ab a. 1152 - 1279. Hermano, sed a Sterone  
interpolatum; ab a. 1279 - 1300 Steroni; cetera usque  
ad a. 1304. Germanis fratribus Ud. et Chunr. Welling  
adjudicavit. Tam feliciter divinandi ansam ei pre-  
buit auctoritas gravissimi Andr. Brunneri, qui anal.  
Boji. P. I. lib. 4. eadente, ad annum 1279. Conqueritur:  
"Quando hic quoque fidelissimus dux Hermanus Altaheensis

(a) Script. rer.  
germ. edit. Struv.  
52. p. 582.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 17.

Cod. XIII. n. 3.

17.

"Abbas, cuius analibus, qui Heroni vulgo attribuuntur,  
 "dum usi sumus, nos deserit."

Novissime tandem Cesselius rer. Papi. Script. T. I. p. 616.  
 ex Apographo G. Arentini ad duorum Codicum Mos.  
 Altah. et Offerhor. fidem descripto, Annales Germani  
 ab a. 1146. - 1293 publici juris fecit, verosq. auctori  
 restituit.

Jam ad Codicem nostrum, qui et Hermano et Hero-  
 ni, quod cuique suum est, tribuat, et litem Saga-  
 eum huius operis editorum componat. Itium hoc est.

"Anno Dni M. et C<sup>VI</sup> Mediante H. J. Henricus junior

"factus apud Moguntiam factus est in natali domini

"co totius regni teutonici conventus, quantus per

"multa a. n. curricula nunquam est visus. Re-

"ferunt enim qui aderant, **LII** ibi primater vel co-

"amplius affuisse; adeo ut solus dux Saxonie magnus

"nomine, quem jam gravior etas impediebat, notaretur

"desuisse. Ibi supervenientes apostolica sedis legati

"Episcopus secundus Albanus cum Constantiensi senten-

"tiam anathematis in H. J. Henricum Seniores dictum

"imperatorem a tot sibi succedentibus apostolicis Sapi-

"us Sapientisque promulgatum scriptis simul et dictis,

"testificantibus, universam multitudinem imo toto orbe

"diffusam ecclesiam ab ejus comunione Xvi et beati R.

"tri auctoritate multis jam a. n. sequestratam con-

"firmabant. Qua de causa dum ipse se de castello, quo

"manebant, Moguntiam exhibere tentaret, principes

"propter cavendum tumultum vulgi, sua potius quam

"filii parti favere solentis, ipsi in Ingelheim occurrerent,

"tandemque generali istum circumvenientes consilio us-

"que ad reatus confessionem satisfactionisque professionem

"perducunt. Cui tamen legati comunione seu poeniten-

"tiae modum absque generali synodo et apostolicae visus-

"sionis censuram redere ad presens non possent. Ipse par-

"tis utriusque consilii a. n. regalia vel imperialia

"insignia regni romani, Crucem scilicet, et lanceam,

"Sceptrum, globum atque coronam filii potestati tra-

"didit, prospera illi impediens, illum primatibus mul-

"to fletu comendans; et extunc iuxta summi sacerdotis

"totius ecclesie decreta sua consulturum animo pro-

"misit. Hoc ordine H. illius nominis quintus primus

"a patre, deinde ab universis regni principibus in re-

"gem jam secundo electus, ab apostolicis quoque

"legatis per manus impositionem catholice confir-

"matus, acceptis tam ab episcopis quam laicis iuxta

"morem patrie sacramentis, regnare cepit **LXXXVIII**.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 18.

18.

Cod. XIII. n. 3.

"Loço ab Augusto, año ab urbe condita M. D. C. C. C. LVII.  
 Dominiça incarnationis vero ut dictum est."

(a) Chr. Urstisi,  
 germ. Historie.  
 idustr. p. 144.

Hac unde sumta, mihi non liquet. Habent quidem Ana-  
 logiam cum iis, quæ narrat Otto Frisingensis in Chronico  
 (a) cap. VI. Sed minor est, quam ut pro iisdem haberi  
 possit. Hermanum vero prædicta s. undeunde de prompta  
 ante oculos habuisse, mox patebit. Sequitur in Ms.  
 nostro:

"Eodem año profuit Abbas Eginus monasterii Sanctorum  
 "Udalrici et Afre in Augusta". Hoc procul dubio ad-  
 jecta sunt a fratribus Ud. et Chunr. Welling, de quibus  
 infra dicitur. Prosequitur eodem nostro:

"M. C. VI. año. Hucusque auctor presentis libri tam  
 "ex Orso quam ex Eusebio, et eorum, qui post ipsos  
 "scripserunt libris collecta posuit. Cetera que se-  
 "quuntur usque ad annum Domini 1146. ex chronico  
 "Ottonis Frisingensis episcopi posita sunt et sumpta.

(b) Eadem verba le-  
 guntur in Otton.  
 Frising. Chron.  
 l. cit. Urstisi, nisi  
 quod Otto in prima  
 persona loquatur,  
 nempe: Hucusque  
 tam ex Orso  
 quam Eusebio, et  
 eorum, qui post  
 ipsos etque ad nos  
 scripserunt, li-  
 bris collecta posuimus

"Illa vero que postea continentur Ego  
 "Hermanus Abbas Althahensis licet in-  
 "dignus ea diversis chronico et privilegi-  
 "is undecumque colligendo, cum his que tem-  
 "poribus meis contingunt de año ad annum  
 "simplici stilo annotare curavi, ne falte in nro  
 "monasterio facta hujus maliciosi temporis ab ho-  
 "minum memoria penitus laberentur."

(c) Not. hist. cita-  
 rar. de Cod. Ms.  
 vol. 2. p. 106.

Ex hoc testimonio, quod omni exceptione majus est,  
 utpote ab ipso auctore datum, et, quantum scio, in  
 nullo codice præ illo quem Plac. Braun ex Biblioth.  
 ea ad Sr. Udal. et Afram novissime produxit (c), ea.  
 cepto, inventum, sequentia procedunt; 1. Prædictum  
 fragmentum <sup>nosse</sup> Ottonis Frisingensis, sed anonymi  
 Chronographi, cujus maximam partem Hermanus de-  
 scripserat, et adhuc in Bibliothecæ pulvere forte ser-  
 vavit. 2. Chronicon Ottonis Frisingensis ab año 1106.  
 usque 1146. s. Urstis. a cap. 11. - 24. inclusis est. a pag. 145.  
 - 138. / ab ipso Hermano Analibus suis fuisse profectum,  
 et ipsissimum post ultima Ottonis Frising. verba: "me-  
 tam et articulum ponamus" addidisse. "Hucusque  
 Otto Frisingensis Episcopus Chronicam suam per-  
 duavit", Ms. nostr. fol. 18. p. 1. 3. Hermanum analés  
 suos ab año 1146. inchoasse. Unde Freherus, Canisius,  
 et Basnagius, qui eos Steroni concedunt, et Stru-  
 vius, qui initium eorum posuit ad año 1152. injuste

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 19.

Cod. XIII. n. 3.

19.

detraisse convincuntur; Ocellii autem Sententia, an-  
num quidem 1146. assignantis, sed veri solius Arentini  
authoritate nixi, ab ipso Authographo firmatur.

Genuinus itaque Hermani labor hinc oritur: His  
temporibus Rogerius fidelus Apuliam rursus ingressus,  
et finitur aō 1279 his verbis: "Eodem aō feria V post  
"Misericordias Domini Cathedralis ecclesia Satisbonae  
"cum palatio episcopali et optimis campanis incendio  
"totaliter est consumpta."

His in Mf. nostro immediate Subjungitur alterum  
testimonium, Henrici videlicet Hleronis, non minus  
notatu dignum; quove seductus Freherus Hermani  
laborem Hleroni attribuit. hujus tenor est:

"Eodem aō [1279] in festo S. Gregorii Dominus  
"Hermanus venerabilis Abbas Althensis - - -  
"Mitram et baculum cum omni cura pastorali coram  
"positis fratribus - - resignavit. - - - Predictus au-  
"tem Dominus Hermanus post cessionem ipsius Abbatia  
"Supervixit duobus aōis detentus maximis infirmitatib[us]  
" - - - Obiit bono fine pridie Kal. Augusti aō vite  
"sue 73. Ego Henricus Htero capellanus suus hoc addidi  
"videns in eo timorem Domini, et Sapientiam magnam  
"esse, et super omnia ipsum habere misericordiam  
"circa omnes homines, et alias virtutes multas,  
"ad testimonium sibi perhibeo, et scio, quia verum  
"est testimonium meum."

Hoc testimonio docemur: 1. Hermani aōales ad aōum  
1279. pertinere; 2. Laborem Henrici Hleronis non ab  
aō 1152., uti Freherus, Canisius et Bagnajus, neque  
ab aō 1262., uti Struvius putabat, exordium sumere.  
3. Hermanum Abb. diem supremum obiisse non aō 1279,  
sed triennio post; quo halucinati sunt Pruschius et  
Lambecius.

Proferatur testimonium immediate excipiunt hoc:

"Año Domini M. CC. **LXIII**. Mortuo Richardo  
"Romanorum Rege" et quibus et sequentibus aōales  
perducuntur ad aōum M. CCC. usque. Sed quis ho-  
rum auctor? Ut nihil jam dubii superesset, cō-  
sua noster etiam tertium adfert testimonium om-  
ni acceptione dignissimum. In fine Bullae Bonifa-  
cii VIII Pape, in favorem F. F. Predicatorum et  
Minorum data, post ultima ejusdem verba: "  
"volumus etiam districta ratio in extremi judicii  
"hōi protinus subsequantur:  
"Hucusque perducta est pars Chronica a Henrico

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 20.

20.

Cod. XIII. n. 3.

"Stero; cetera quae sequuntur, apponenda sunt futuris  
 " temporibus. Sed tantum pauca huius notamus, scilicet Ego  
 " Ulrichus Welling et frater meus Cunradus professi  
 " monasterii Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta  
 " Ordinis Sancti Benedicti licet indigni, ne desidia et  
 " inertia arguamur operam dedisse".

Ex hoc inferre licet. 1. Annales ab anno 1279-1280. Ste-  
 roni esse adjudicandos. 2. Horum continuationem ab anno  
 1280-1284. 3. eo usque enim codex noster fratres  
 Welling elucubrasset; eorumque de semetipsis adfertum  
 longe maioris esse faciendum, quam illud, quod in me-  
 dium protulit Struvius, quippe a Codicis sui scriptore  
 adjectum, ad de fratribus Welling in tertia differens per-  
 sona. 4. Si conjectura locus, non longe a sum quin  
 Eredam, Codicem nostrum vel ab ipsis fratribus Wel-  
 ling castratum, vel saltem ea eorum autographo  
 descriptum; id quod per plura etiam de Coenobio Au-  
 gustano inserta persuadent.

Ceterum instituta cum profatis Editionibus collatio-  
 me docuit, quaedam in iis contineri, quae in MS.  
 nostro affunt, in aliis hunc esse opulentiores; Exem-  
 plo, omnium loco, sit Bulla Benedicti XII de statu  
 animarum post mortem, in calce ad annum 1284.  
 adjecta. Sed jam satis.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 13

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1719](https://manuscripta.at/?ID=1719)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)